



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 114. Belgii Ordines suam rebellionem edito diplomate circa religionem excusantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul XVI.  
A.C. 1578

§. CXIV.

*Belgii Ordines suam rebellionem edito diplomate circa religionem excusantes.*

Imperator cum hoc bellum non minus diuturnum, quam forte Hispanicæ Monarchiæ funestum fore prævideret, inter contendentes pacem conciliare nitentur, quam in rem Swarzburgico Comiti injunxit, ut in Flandriam contendens totam rei conditionem sedulo discuteret: hic vero præprimis duo urgebat, ut nimirum restaurandæ Religionis Catholicæ, atque obsequii regiæ auctoritati debiti rationem haberent: inde ergo captata occasione Ordinum Proceres se purgare nitebantur, edito prolixo quodam scripto, cujus summa hæc erat: „Ad utrumque caput „abunde satisfacimus juxta articulos „pacificationis Gandavensis, quæ in religionis bonum facta fuit, eamque nihil „in se pietati veræ contrarium continere, sed summe orthodoxam esse doctrinam, „sive quique Lovaniensis Universitatis „Theologi affirmarunt: illam quoque „Joannes Austriacus ratam habuit, ac „ipsemet Hispanicæ Rex nuperrime confirmavit: nihilominus ambitione Austriaci Belgium in miseram servitutem „redigere satagentis, & improbitate Hispaniæ

„spanorum, qui penes ipsum sunt, ef-  
 „fectum est, ut remedium optimum in  
 „tempore tum gravi malo adhibitum  
 „nihil profuerit: interim tamen nos  
 „officio nostro defuncti sumus: eapro-  
 „pter Mathiam Archiducem evocavi-  
 „mus, ac per supplices libellos deinde  
 „a Rege postulavimus, ut eum Religio-  
 „nis antiquæ perstudiosum auctoritate  
 „sua Gubernatorem creare, aliumve Or-  
 „dinibus gratum in ipsius locum substi-  
 „tuere dignaretur: sed surdas, & ad  
 „tam justas supplicationes ab immani-  
 „bus Belgii hostibus aures ejus obstru-  
 „ctas reperimus, quamquam amicorum  
 „Principum, & Lusitanix Regis inpri-  
 „mis commendationem imploraverimus:  
 „nunc autem novo commento nostris  
 „supplicationibus illusum cernimus,  
 „nam cum datis submissis obsequii supe-  
 „riore anno ad Regem literis juxta pa-  
 „cta Gandavensia quieti publicæ consuli  
 „peteremus, Sellius cum regiis literis  
 „vix tandem post semestre ex Hispania  
 „rediit, quibus tamen ad nostrorum Or-  
 „dinum postulata respondebatur, ac si  
 „illi suis literis promiserint, ipsos Ca-  
 „tholicam Romanam Religionem in eo  
 „statu per Belgium restitutos, quo  
 „Caroli V. tempore fuit: id tamen pe-  
 „nitus cum pacificatione a Rege confir-  
 „mata pugnat., Eodem tempore Or-  
 „dines

Sæcul. XVI.

A. C. 1578.

Sæcul. XVI. A.C. 1578. dines Antverpiæ, ut dictis fidem facerent, suamque sinceritatem testatam redderent, novam constitutionem promulgabant die vigesimo primo Aprilis, qua denuo Gandavenis pacificationis observatio sancitur, singulis in eam iurando adactis, prohibeturque, ne quis cum hoste commercia habeat, nec in concionibus, sermonibusve offensivis plenas voces, aut convitia in Mathiam, Arautionensem, Ordinumque Proceres jaciatur: mandabatur insuper juris Præfectis, ut in eos, qui extra Hollandiam, ac Zelandiam aliquid contra Religionem Catholicam & Apostolico-Romanam attentaverint, aut in ejus offensionem quidquam moliti fuerint, juris rigore, & executione utantur: verum hoc decretum haud quamquam prosperum successum fortiri poterat, eoquod Protestantium numerus longe prævaleret.

## §. CXV.

*Religiosi quibusdam Ordinum edictis oblitantes.*

*Thuan. l. c.* **H**is ita peractis Ordines quantocius Clericos convocabant, eosque Sacramento adigere nitebantur, ut nuperum Gandavenis pacificationis edictum in usum deducerent: equidem omnes Belgii Præsules haud cunctanter